Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

cubiculum collocatur membra plito dat fessa quieti
aspm inquietatum spectaculis grato sopore refecit. Per
hanc noctem dolopathos de crastino apparatu sollicitus
totam duxit in sompnem. Surgens vero summo dilu-
culo venit ad cubiculum luciani. Instigatus intencionem
eius consilium et voluntatem exploraturus. Reclu-
sis ergo a cubiculo virginibus hostium obseravit filium
que excitatum salutatum deosculatum hiis verbis allo-
cutus est dicens

[Q]uo mundus iste feratur casu aut que fato incerto
21. genus humanum subiaceat te optime fili scire non
ignoro. Sunt enim ut nosti mundus semper labilis
stareque nescius vanitati et inconstancie suos sub-
icit amatores alios aliis cogit subiacere illos eri-
git ut alios introducat privat illos honoribus ac
diuiciis et ad solum usque humiliat et istos exaltat
ditatos ut postmodum in deterius ruant. Ipsos preterea
reges et principes qui quodammodo mundi naturaliter
appollent diuiciis quanta inconstancia quanta varietate
casuum fortuna deludit. Nunc letus erigit nunc
aduersis deicit variisque angit doloribus. Nunc
ad summa erigit gloriam nunc iterum in ultima deicit
paupertatem. Hic varium fortune lubricum dat du-
bium tribunal iudicibus. Hic omnia sunt hominum te-
nui pendencia filo et subito casu que valuere
ruunt. Ipsa est hominum inimica nature devoratrix
mors equo pede pulsans regum turres pauperum
tabernas. Nec regi nec principi scit parcere. Nulla